

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

In natale plurimorum martyrum: Lesung aus dem Evangelium nach
Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

interlucente corusca.

quae per singula uel exponere uel solum proponere propriam industriam spectat operis.

**ITEM IN NATAL PLURI
MORUM MARTYRUM.
LIC SCI IUA SIC MATHIU.**

T N illo tempore Dixit ih̄s discipulis suis. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Et reliqua.

**cxv Sermo beati Ambrosii
epi de eadem lectione si**



**CUNDE LUCAM
CCE ECO**

mitto uos sicut agnos inter lupos. Contraria sunt ista sibi animalia.

utalia ab aliis deuorentur.

Sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit. Ideoque isti discipuli non in predam sed ad gratiam diriguntur. Sollicitudo enim pastoris boni efficit ut lupi magnos audere nihil possint. Lupi quid significare uidentur debemus ad uertere. Bestiae nempe sunt quae insidiantur ouilibus circa pastorales uersantur casas. habitacula domorum intrare non

audent. sonum canum. absentiam aut desidiam pastoris explorant. Ouum guttur inuadunt. ut cito strangulent. Ferta paces. idemque natura corporis rigidioris. ut se facile non possint inflectere. impetu quodam suo feruntur. & ideo saepe luduntur. Tum praeter ea si quem priores hominem uiderint. uocem eius quadam naturae ui feruntur eripere. si autem homo prius eos uiderit. exagitar memorantur.

Et ideo cauendum mihi est. ne si in hodierno tractatu spiritalium misteriorum gratia non potuerit refulgere. lupi me prius uidisse credantur. & sollemnem uocis hectorisse suffragium. Nonne lupis istis heretici comparandi sunt. qui insidiantur ouilibus xpi fremunt circa caulas. nocturno magis tempore quam diurno.

Semper enim perfidis nox est. qui lucem xpi. suae nebulis interpretationis obducere. & quantum in ipsis est fuscare conantur.

Uersantur ergo circa caulas. stabula tamen xpi intrare non audent. Et ideo non sanantur. quia in stabulum suum non uult eos xpi inducere.